

## Liber primus

sapiam et rationem et veridicem. Expediunt enim prelati sapienter agere: rationabiliter vivere: veraciter loqui et docere. Item iupiter qui apparer in ascendente signat finem astrologos reuerentiam et honestatem: fidem ac disciplinam: que etiam prelatum exornat. s. reuerentia subditorum: honestas morum: et disciplina correptionum. Item prelati debent esse siles moribus. Primo quod motus sunt ad speculandum apertum. s. per altitudinem: quod prelati debent esse eleuati per contemplationem: et speculatiui per considerationem. Item. c. liij. Ascendunt motus: id est contemplatiui: et descendunt capi. i. actiui. Illi enim ascendunt ad considerationem eternorum. Isti vero descendunt ad subuersionem priorum. Secundo quod motus sunt ad defendendum tui. vbi quod sunt fortes et solidi sunt apertum castro edificati. Item propter suam duriciam non de facili possunt adiri. Et prelati debent esse constantes et firmi ad defendendum: sicut iudith. viij. Filij israel non in lancea nec in sagitta confidunt: sed motus defendunt illos etc. Tertio quod motus sunt ad pascendum secundum. Sunt enim in motibus gramina puriora et nutritiua animalium meliora: quibus in vallibus sunt generaliter pinguiora. Humor enim quo gramina nutriuntur subtilior est in montibus et purior quam que continentur in vallibus: propter hoc quod calor celestis illi humore facilius digerit et in substantiam graminum commutat perfectam et conuertit: tum propter illius subtilitatem: tum propter aeris ibidem puritatem. Sic etiam prelati debent subditos sollicite pascere puris exemplis: spiritualibus verbis et pijs et largis elemosynis: Job. xxxix. Circumspicit motus pascue sue. Quarto quia motus sunt prius quam valles celestium imbutus susceptiui. vbi aqua a motibus derivatur ad valles et non e contrario. Sic prelati debent celesti doctrina inferiores subditos irrigare: Job. xxxij. Quos ibres motuum irrigat etc. Item qualis debeat esse vita prelatorum ostenditur per exemplum motus thabor: id est dominus quatuor fecit per que designant quatuor opera siue officia prelatorum. Item in hoc motu spiritualiter docuit: in hoc motu orationis gratia pnoctauit: in hoc motu aliquas turbas punit. In huius etiam supcilio motus se transfigurauit coram discipulis suis et futuram gloriam suam reuelauit. In quibus. s. instruitur prelati quod eorum officium est spiritualiter docere: instanter orare: indigentibus prouidere: et futuram gloriam non presentem querere. Ca. LXIII

**R**eservatur a prima a peccati corruptione sicut corpus a putrefactione. Sunt et quatuor accidentia putrefactionem prohibentia. s. caliditas: frigiditas: mobilitas et continuitas. Primum ergo est caliditas precipue intensa. Res enim multum calide non putrefcunt: precipue cum siccat: ut piper: galaga: Zingiber autem putrefcit propter innatum humidum. Sicut aqua in quantum feruet non putrefcit: quod calor ignis in ea maior est quam calor aeris: ideo non vincit sed vincit. Sicut preseruetur anima a corruptione peccati et a tentatione per feruentem orationem. vbi dominus hortabatur discipulos: Luc. xxiij. Date ne intretis in tentationem. Secundum est frigiditas si sit ab extrinseco. Item si est frigus extrinsecum precipue est impediens: quod se repugnat calido alio: non et extrinseco. vbi in hyeme et vniuersaliter in aere frigidus conseruat corpus a putredine: quod calidum extrinsecum est paucum et frigus sibi contrarium est multum: nec in talibus appareret motus putrefactionis nisi recederet frigus. Si autem est frigus intrinsecum sic impedit putrefactionem: quod coagulat humidum nec permittit illud exhalare sicut est in omnibus metallis et alijs frigidus coagulatis: in quibus frigus claudit poros et vincit calidum extrinsecum ne de humido aliquid exhauriat nisi parum: ut qui generat rubigo: ideo in auro non est rubigo et maior est in eo duratio: quod et humidum naturale magis consistat. Tamen ergo frigus extrinsecum est tribulatio mundi siue afflictio carnis que calorem extraneum: id est ardorem concupiscentie siue luxurie (per que extraneam carnem concupiscit) mitigat et extinguit. Item malicia vnius horum obliuionem facit luxurie. sicut dicit Eccl. xj. Sed tanquam intrinsecum refrigerium est contemplatio celestium. Nec enim est que poros. i. corporis sensus claudit. Nec est que deuotionis humorum coagulat nec exhalare permittit: sed insuper est que extraneum calorem. i. amoris mundi superat et vincit. Quia anima sicut dicit Gregorius. Quot maioris studio exerceat ad summam: tanto maiori fastidio refrigerat ad infima. Tertium est mobilitas. Item aqua vel vinum quod mouet impedit putrefcitur: eo quod calor naturalis eritacat a motu et non pualet et calor extrinsecus. vbi vinum potes efficit melius ex motu: quod calor naturalis magis digerit subtile humidum: ex quo